



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransenis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

12. Decimæ soluantur integræ, sub pœna excommunicationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

ea facta surreptitia censentur. Locationes verò rerum Ecclesiasticarum, etiam auctoritate Apostolica confirmatas, sancta Synodus irritas decernit, quas *s. à triginta annis citra*, ad longum tempus, seu, vt in nonnullis partibus, ad viginti nouem, seu bis viginti nouem annos, vocant factas: Synodus prouincialis, vel deputandi ab ea, in damnum Ecclesiæ, & contra canonicas sanctiones contractas fuisse iudicabunt.

1. **V**ide Archiep. Bononien. *part. 4. sub tit. de locatione rerum ecclesiast. pag. 272. cum seqq.* Aloyf. Ricc. *in praxi rerum fori eccles. decis. 123. in 1. edit. alias resol. 108. in 2. edit.* Bellet. *disquis. clerical. part. 1. tit. de clerico debet. §. 4.* Piafec. *in praxi Episcop. p. 2. cap. 4. num. 65. in fine vers. locationes.* Valer. Reginald. *in praxi fori ppenit. lib. 25. cap. 43. num. 539.* Rebello *de obligat. iustit. part. 2. lib. 3. quest. 5. ex num. 4.* Marc. Anton. Genouen. *in practicabil. ecclesiast. part. 166. metipsum de officio & potest. Episcopi p. 3. alleg. 95.*
 2. **Repræsentata pecunia.** Vide Gutier. *de iurament. confirmat. part. 3. cap. 3. num. 2.* D. Barbof. *in l. filiofam. §. vlt. num. 27. ff. soluto matrim.* Valasc. *de iure emphyt. q. 10. nu. 5.* Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verb. Alienatio rerum Ecclesiæ, vers. ad septimū.* Cald. Pereira *de renouat. emphyt. q. 20. n. 3. & de emphyt. c. 26. n. 8.* vbi etiam, an locatio iudicetur vitiosa si ob repræsentatā solutionē cōductor dimidiū lucri faciat.
 3. **In præiudicium successorum.** Quando tamen notoria esset necessitas Ecclesiæ, vt si rueret, nisi pecunia pro recuperatione inueniretur, tunc successorem teneri, resoluit Marc. Anton. Genouen. *d. q. 166. num. 2.*
 4. **Vtūm autem huiusmodi locationes afficiant locatores?** Affirmant Mohed. *decis. 8. de confirmat. vlti.* Caroc. *p. 3. de locatō. concl. 20. num. 75.* Rebuff. *in compend. alienat. num. 18.* Cornazan. *Lucensi decis. 140.*
 5. **An & quando Episcopus teneatur stare locationi predecessorum,** late egi de officio & potest. Episcopi *part. 3. alleg. 94. per tot.*
 6. **Non liceat etiam iurisdictiones ecclesiasticas, &c.]** Vicariatum Episcopi non posse pretio constitui, resoluit Lancel. *in iustit. Canon. sub tit. de simonia §. demum.* Sbroz. *de officio Vicarij lib. 1. q. 54.* Ludouic. Beia *respons. casuum conscientie*
- p. 1. casu 37. fol. mibi 57. verso. Azor. *instit. moral. p. 3. lib. 12. c. 14. in princ. & q. 1. Soar. de Relig. tom. 1. lib. 4. de simonia. c. 20. n. 5. vbi nu. 8. subdit quod omnes actus iurisdictionis voluntariæ quatenus ad effectum spirituales ordinantur, sunt materiæ simoniæ, & c. 29. nu. 3. per text. in cap. consuleret 38. de simon. resoluit temporalia officia Ecclesiæ, vel actus eorum vendi non posse sine graui peccato.*
- Locationem simoniacam esse si quis locet, aliquid 7. quod sapiat spiritualitatem, tenet Aloyf. Ricc. *d. resol. 108. num. 3.* hinc inferens locationem Ecclesiæ factam cum omnibus bonis & facultate conferendi beneficia profectus mille esse simoniacam, si non pro illis scutis mille, sed minori pretio solerent arrendari bona illa absque dicta facultate, aliàs secus.
- Redditus Cancellariæ Episcopalis locari nō possunt, 8. sed debent per proprios Episcopi ministros exerceri. Aldan. *in compendio Canonice resol. lib. 3. tit. 8. num. 11.* vbi attestatur sic fuisse resolutum per sacram Congregat. Episcop. *sub die 26. Augusti 1592.*
- Emolumenta tempore vacationis Sedis Episcopalis prouenientia ex iurisdictione, & sigillo, aut aliàs, vnde quaque, nec ad Vicarium, nec ad Capitulum spectant, sed debent futuro successori reseruati, si ad Episcopum Ecclesia non vacante peruenissent, vt per Aldan. *d. tit. 8. nu. 17.* vbi refert decimum in Agrigentina 17. Aprilis 1627.
- Quartæ funerales locari non possunt, ex eodem Aldan. *d. tit. 8. nu. 18.* vbi attestatur sic fuisse resolutum per sacram Congr. Episcopi in Cusentina 14. Decembris 1592.
- a. A triginta annis citra, &c.]* Vide Anch. *conf. 952. part. 2. Cened. ad Decretal. collect. 102. num. 3. in fine.* Aloyf. Ricc. *d. resol. 180. nu. m. 4.*

Decima soluantur integræ sub pœna excommunicationis.

C A P V T XII.

- 1 **Doffores de materia cap. agentes.**
- 2 **Decima est pars seu portio Dei.**
- 3 **Decimarum solutioni obnoxia prædia ad regularium monasteria transeunt cum suo onere.**
- 4 **Decimas non soluentes cum teneantur possunt & debent excommunicari.**
- 5 **Monitione præmissa.**
- 6 **Absoluedi non sunt decimas subrahentes, ac impediens nisi plena restitutione sequuta.**
- 7 **Si ad restituendum impotens non sit.**
- 8 **Parochus an possit denegare Sacramenta his, qui nolunt soluere decimas.**

Non sunt ferendi, qui varijs artibus decimas Ecclesijs obuientes subtrahere moliuntur, aut qui ab alijs soluendas temere occupant, & in rem suam vertunt: cum decimarum a solutio debita sit Deo: & qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt, res alienas inuadunt. Præcipit igitur sancta Synodus omnibus, cuiuscumque gradus, & conditionis sint, ad quos decimarum solutio spectat, vt eas ad quas de iure tenentur, in posterum cathedrali, aut quibuscumque aliis Ecclesijs, vel personis quibus legitima debentur integrè persoluant. ^b Qui verò eas aut subtrahunt, aut impediunt, & excommunicentur, nec ab hoc crimine, nisi plena restitutione secuta, absoluantur. Hortatur dehinc omnes & singulos, pro Christiana charitate, debitoque erga Pastores suos munere, vt de bonis sibi à Deo collatis Episcopis, & Parochis, qui tenuioribus præsent Ecclesijs, largè subuenire ad Dei laudem, atque ad pastorum suorum, qui pro eis inuigilant, dignitatem tuendam, non grauentur.

1. **V**ide Monet. *de decim. cap. 8. num. 67. cum seqq.* Fr. Ioan. à Cince *de statu Relig. lib. 2. cap. 19. dub. 4.* Molfet. *in sum. Theologia moral. tract. 6. cap. 4. num. 62. cum seqq.* Armentar. *in addit. ad recop. legum Nauarra fol. 89. col. 1.* Laurent. de Peirinis *in constit. sui Ordinis Minorum constit. 26.* Leonis X. *ex num. 38.* Stephan. Fagandez *in quinque Ecclesijs præcepta præc. 5. lib. 3. cap. 6. num. 3.* Nouar. *in singularib. iuris Canon. concl. 6.* Hieron. Veneto, y Leyua *in examine Episc. lib. 9. cap. 3.*
 2. **Solutio debita sit Deo.]** Decimam igitur esse partem Dei, & Deum illam vocare suam portionem, asserunt Henriq. *conf. 67. num. 77.* Monet. *de decimis cap. 1. num. 38.* quam quidem sibi referuasse in signum vniuersalis do-
- minij probat *c. cum non sit. sum. il. 2. de decim. Rebuff. de decim. q. 2. n. 1.* Tyndar. *cod. traç. n. 17. & 43.* Monet. *d. c. 1. n. 40.*
- Decimarum solutioni obnoxia prædia ad Regulatū monasteria transeunt cum suo onere, ac prouide Regulares tenentur illas soluere parochialium Ecclesiarum Rectoribus, quemadmodum tenebantur laici priusquam bona ipsa in monasterij proprietatem transfuerint, vt per Aldan. *in compendio Canonice resol. lib. 3. titul. 9. numer. 25.* vbi refert decimum in Ripan. Urbanaten. & Firman. 18. Decembris 1627. & in Callien. 1. Septembris 1629. Et ideo parochus est manumittendus in possessione exigendi decimas ratione prædiorum acquisitorū per Regulares, donec doceant de sufficienti priuilegio, ex

^a Conc. Matiseon. 2. c. 1. Conc. Ticin. ver. in facris. Exod. 2. 23. Leuit. 27. Num. 18. Tob. 1. Malach. 3. c. decimas; 16. q. 1. c. decimas. cū seq. 16. q. 7. c. parochia nos. ex trāmissa & cap. tuz de deci. ^b cap. omnes decimæ. 16. q. 7. c. petuenit & nō est. c. tuz & cin quibusdā. de decim. clem. 1. eod. tit.

ex eodem Aldan. citato loco, qui refert ita resolutum in Pifauren. 13. Aprilis 1630.

4. *Excommunicantur.* Non soluentes decimas, cum teneantur, posse ac debere excommunicari, probat text. in cap. omnes decima 16. quest. 1. cap. peruenit. cap. ad hoc. cap. ex parte il. 2. cap. tua nobis, de decim. Monet. d. tract. cap. 8. quest. 6. num. 64. Molin. de iustit. tract. 2. disp. 756. num. 4. censuit Rota in Dertusen. decimarum 11. Maij 1609. coram Card. Marquemont. impressa per Marches. de commission. part. 1. pag. 675. & in Mortulen. decimarum 31. Ianuarij 1614. coram Card. Sacra. 9.
5. Monitione praemissa intelligunt Perez ad tit. 5. lib. 1. Ordin. pag. 130. Rebuff. de decim. quest. 12. num. 8. & 15. Monet. d. cap. 8. num. 69. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 7. cap. 24. quest. 17. Soar. de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 1. c. 37. quos refero Ego ipse in collect. ad cap. peruenit. 5. num. 2. de decim. quibus addo Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapol. decis. 195. num. 6. part. 4.

6. *Nisi plena restitutione, &c.* Vide Sanch. in praecipia Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 20. num. 19. Nouat. d. concl. 6. Molin. d. num. 4. vers. his ita relatis.

7. Culpa sua non soluentem decimas, sed quando ad confessionem accedit, impotens est ad restituendum, posse absolui, resoluunt Nauarr. in man. cap. 17. nu. 59. Molin. citato loco, Ioan. Valer. de different. inter utrumque forum, verb. Absolutio. differ. 5. num. 5. Nouat. d. conclus. 6. num. 3. ex ea ratione, quia Concil. in praesenti non prohibet absolui nisi eum, qui pro tunc tenetur restituere, quique peccat non restituendo.

8. An autem Parochus possit denegare Sacramenta his, qui nolunt soluere decimas? Vide Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapol. decis. 195. a princip. part. 4.

Vtrum autem contra repentes soluere decimas possit vicarius imponere interdictum personale, & sic prohibere ingressum Ecclesiae? vide eundem Aloyf. Ricc. Neapol. decis. 380. part. 4.

Quarta, quae funeralium dicitur, Ecclesiae persoluatur, non obstante, &c.

C A P V T XIII.

- 1 Doctores de materia cap. agentes,
- 2 Pius V.
- 3 Rota decisio.
- 4 Bulla Pij V. non fuit reuocata per Gregorium XIII.
- 5 Loquitur de priuilegijs concessis à 40. annis citra.
- 6 Quarta funeralis non debetur parochi intra cuius limites viator retentus pro delicto, & habitatus cum cautione decedit.
- 7 Quarta funeralis debetur in hoc casu.
- 8 Quarta funeralis non debetur parochi ex intortitijs, seu cereis Confraternitatum secularium funera associantium.
- 9 Intortitia & cerei, quae per viam deferuntur circa cadauer, quomodo diuidenti.
- 10 Haeredes defunctorum pro defuncto ad sepulturam associando numerum Sacerdotum conuocare, & numerum cerei statuere debent.
- 11 Vocati omnes ad funus debent conuenire ad parochialem defuncti.
- 12 Regulares vocati ad sepeliendum mortuos etiam in eorum propria Ecclesia, debent accedere ad Ecclesias, è quibus cadauera amouentur.
- 13 Confraternitates non possunt accedere ad funeralia nisi expresse vocentur.
- 14 Parochus proprius nullatenus excludendus, quamuis ad sepeliendum cadauer regulares dumtaxat à defuncto acceriri iubeantur.
- 15 Defunctorum cadauera non amouenda sine proprio parochi, nisi, &c.
- 16 Cadauera decedentium in parochia, ad cuius Ecclesiam Capitulum cathedralis translatum est, non possunt leuari per Canonicos irrequisito parochi.
- 17 Defunctorum corpora si deponantur in parochiali ad effectum deferendi ad aliam Ecclesiam, nihil debetur parochi.
- 18 Sepultura electio in alia Ecclesia praeter parochialem non potest per parochum impediri.
- 19 Habitu Religionis qui sepeliendi.
- 20 Sepulturam pro filio minori potest pater in vita, non post eius mortem eligere.
- 21 Sepulturam sibi eligendi facultatem non habens in maiorum suorum sepultura humari debet.
- 22 Sepulturae ecclesiasticae tradi debet excommunicatus, qui in mortis articulo confessionem perijt.
- 23 Funerales ducere tenetur parochus vsque ad Ecclesiam regularium.
- 24 Parochi spectat declarare per quam viam sit exportandus defunctus.
- 25 Parochus regularis vbi & quando deferat stolum.
- 26 Parochus cum stola ingreditur parochiam secularium.
- 27 Tertiarij vbi sepeliendi.
- 28 Parochus in associando eius defuncto an & quando contemnendus.
- 29 Crux vna tantum in funeralibus deferenda.
- 30 Crux propriae parochiae defuncti deferenda est in funeralibus.
- 31 Officium defunctorum super cadaueribus in Ecclesijs regularium sepeliendis faciunt ipsi regulares.
- 32 Parochi defunctorum in regularium Ecclesijs humandorum corpora vsque ad eandem Ecclesias associare potest.
- 33 Officium in tumulandis cadaueribus in Ecclesijs Regularium fieri debet per eosdemmet Regulares, non obstante quauis contraria consuetudine.
- 34 Pauperum cadauera gratis sepeliri debent.
- 35 Parochi non debent plus recipere pro tumulandis cadaueribus exterorum.
- 36 Cadaueris humatio non potest prohiberi occasione iuris sepulturae.

* De sepulta extra in 6. de inclem.

Decernit ² sancta Synodus, quibuscumque in locis, iam ante annos quadraginta, Quarta, quae funeralium dicitur, cathedrali, aut parochiali Ecclesiae solita esset persolui, ac postea fuerit ex quocumque priuilegio, alijs monasterijs, hospitalibus, aut quibuscumque locis pijs concessa, eadem posthac integro iure, & eadem portione, quae antea solebat, cathedrali, seu parochiali Ecclesiae persoluatur: non obstantibus concessionibus, gratijs, priuilegijs, etiam Mari magno, nuncupatis, aut alijs quibuscumque.

Vide